

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**


**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Exercitatio de ludis sub felicissimis divini numinis auspiciis**

**Schaller, Jacob**

**Argentorati, 1657**

[urn:nbn:de:bsz:31-131205](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-131205)



42 A 1932, 15

RH

Nr. 3: Copinger 2152

WR 283

Nr. 4: WR 284

Nr. 5: WR 285

EXERCITATIO

De

L V D I S

S V B

feliciſſimis Divini Numinis auſpiciis

MODERANTE

*Plurimum Reverendo atq; Excellentissimo,*

DN. JACOBO SCHALLERO  
SS. THEOL. DOCT. PHIL. PRACT. PRO-  
FESSORE ORDINARIO, p. t. FACULTATIS  
PHILOSOPH. DECANO.

In Florentiſſima Academia Argentoratensi

PUBLICO EXAMINI

propoſita

[ANNES] à

JOH. JACOBO WILDIO,  
Durlaco - Marchico.

Menſe Junii. Die 17.

os (o) so

ARGENTORATI,

Typis exſcripſit SEBASTIAN - NICOLAUS HETSTEDT,

ANNO M DC LVII.

VIRIS

*Nobilitate generis, prudentia regendae civitatis,  
meritorum amplitudine, auctoritatis eminentia illustribus*

DN. JOHANNI WENCKERO XIIIviro,  
Consuli, Reipubl. Argent. Patri Scholæ Patrono.

DN. ANDREAE BRACKEN-  
HOFFERO

DN. DANIELI WENCKERO

DN. DOMINICO DIETRICO

XVviris.

NEC NON *Excellentissimo, Clarissimo*

DN. JOH. RUDOLPH. SALZMANNO

Medic. facultatis Doctori & Scient. Nat. Prof. Publ.

VT ET

*Admodum Reverendâ dignitate, Nobilitate, Prudentia iuris civilis,*

*Experientia, pietate conspicuus viris*

DN. CONRADO WEININGERO, Superintend.

Generali, Marchionatus inferioris, consistorii Ecclesiastici ad-  
fessori dignissimo, illustris Gymnasii Rectori clarissimo, Pastori  
Durlacensi vigilantissimo, Propatri suo sanctè & piè colendo.

DN. JOH. ULRICO MALERO, Illustriss. Princip.

March. Bad. &c. à consiliis, & inspectione politicis Marchiona-  
tus Hochburgici.

DN. JOH. PHILIPPO ZACHMANNO, Pharma-

copola.

DN. JOH. WILHELMO Wild / Pastori in Berg-

hausen.

DN. M. MATTHIÆ MAIERMEISTERO, Pa-

stori in Speckvnd Staßfurt.

Meccenatibus, Fautoribus, Patronis,

Parenti, atque Affini


*in debita observantia, animi non ingrati pignus*

*hoc exercitium, ea qua potest animi submissio-*

*ne & devotione consecrat & offert*

IOH. LACOB. Wild / Auth. & Resp.

Z θ



QVOD DEVS BENEVERTAT.

DISSERTATIO

DE LUDIS.

**C**UM nemo non sit, cui pateat, ludos esse dictos à Lydis, qui mutatis sedibus in Etruria confederant, Tertul: atque Dionysio Hal. lib. 2. testibus, eorum origini magnâ curâ vestigandâ multum immorari, operæ precium esse non censemus: saltem de significato, qui rebus exprimendis in diversa distrahitur, paucula adjicienda arbitramur; Est enim, ubi vox ludus ad illas res, quæ haud sanè joco, sed summa fidelitate, ac industria sunt administrandæ, adhibeatur. Notat enim interdum Scholam. Quo Iustinus spectat, cum lib. 21. c. 5. v. 8. commemorat Siculorum tyrannum Dionysium novissimè ludimagistrum professum pueros in trivio docuisse. In eundem fermè modum, rerum Romanarum gravissimus historicus Florus idem vocabulum usurpat, dicens lib. 1. c. 12. ludimagistrum cum pueris esse vinctum. Hinc dicitur ludum aperire i. e., Scholam instituere, item ludo præfici, præesse ludo, ludum gubernare. Poëtis sæpè notat Cantilenam, ut

*Tertul: Dionys: Hal. παραγωγή. ἑμασθη. Justin. lib. 21. c. 5. v. 8. Flor. 1. c. 12.*

— si quid vacui sub umbrâ  
Lusimus tecum. i. e. cecinimus.

*Horat. od. 32. Virgil. in Eclog. Melib. lib.*

Quo significato quoque Virgil. Maro in Eclog. Melib. accipit. Post habui tamen illorum mea seria ludo.  
Quod Frid. Taubmannus, in commentario super Virgilium scripto, pro cantilena interpretatur. Imò ludus interdum idem est, quod jocus, sic reperitur apud Q. Curt. 8. c. 6. At cum hujusmodi rebus significandis vocabulum ludus propriè nullus destinaverit, in hoc acquiescere minimè conveniet: impropria enim est ea significatio, ad quam, ob aliquam rerum affinitatem signa traducuntur, ait Fonseca, l. 1. inst. Dialect. c. 9. Ergo est, quod animû attendamus ad illam significationem requirendam, quam vox ex instituto acceptam habet: atque nos hanc potissimum esse persuasi sumus, quâ notatur actio cum voluptate quadam conjuncta: Est autem observari dignum, quod sit, ubi ludus ad qualemcunque jucunditatem adhibeatur, quæ non tantum oculos, & aures spectantium permulcet,

*Q. Curt. 6. Fons. Dialect. c. 9.*

A

mulcet,

ciuitat,  
XIIIviro,  
Patrono.  
XViris  
MANNO  
Prof. Publ.  
in urbis  
perierunt  
delictis ab  
limo, Patroni  
tè colendo.  
Princip.  
archiona.  
Pharma.  
in Berg  
RO, Pa  
is,  
i pign  
misse  
h. de Relq.

mulcet, vires membrorum gravibus, & continuis laboribus confectas fractasque relaxat, atque reficit, torporem sensibus incussum discutit, sed etiam quâ animus viribus intactis, & incorruptis motus intrinsecè subortos implere conatur: Pueri enim haud complures annos nati cupiditate trahuntur ad indulgendum illis rebus, quibus sensuum facultates aliqua delectatione suffundi possunt. Interdum ludi significatus non tam latè patet, sed in arctius coit, & compellitur, cum actiones in loco, qui in celebritate ver-

*Curt. 3. 4.*  
*Zuvor.*

satur, editas notat: Sic invenire licet apud Curt lib. 3. c. 4. Alex. M. ex infirmitate non minus animi, quam corporis vigorem recuperaverat, quum ludos celebravit: A quo significato non abhorret spectaculum ludicrum, quâ voce idem author elegantia latini sermonis in paucis super omnes eminens, eodem capite utitur. Sed cum non dubitem, quin complures separatis locis orbe terrarum sint habitaturi, quorum animus hac opinione perstrictus teneatur, ludos esse omninò rejiciendos, damnandosque, quod ipsis non nunquam adhæreat aliquis eventus partim humilis, partim infamis, atque ab honestate remotus: ubi non tantum oculos pariter, & animos offendendi materia subministratur, sed & insuper in cordibus excitentur motus, quibus spectatores sæpè à studio virtutum deducti in fordidissimum vitæ genus devolvantur: Hoc dicere volui, ludi significatum, uti pluribus pro comperto est, tam latè patere, ut adeo sub se complectatur omnem actionem atque tractationem voluptati accersendæ accomodatam, nullo discrimine objecto, utrum sit in vitio ponenda, nec ne: utrum rectæ rationis usum interpellet, an virtutem imitetur: Quo significato vulgus, & quorum mores usu, & cultu non multum sunt dissimiles accipiunt. Inculca enim ingenia plerumque in suis actionibus ruunt, & impetu feruntur, & intellectum tenebris obfuscantibus ad interiora cognitione penetrare nequeunt: Hinc precium rebus imponunt ab æstimatione, quam species rerum objectarum extrinsecè repræsentat. Quis autem oro, quæsoque, in fastidiendis & rebus probandis vulgi sententiam sequi gestiat, quem haud latet, hoc modo in labyrinthum erroribus inextricabilibus refertum deduci: certè si quispiam esset, qui vitam vulgatam colentem percontaretur, quod nam in comparatione bonorum oculis subjectorum summum esse statueret: Is sæpè responderet voluptatem gustu,

*object.*

*Resp.*

gustu, & tactu perceptam: an ideo talis voluptas est revera summum bonum? Quando ergo ignavia & in rebus suscipiendis inconsideratior negligentia tantum odium & contemptum apud plerosque ludo contraxit, cur eò funditus ludi usum extinguere vellemus, cur omninò ludicra spectacula maximà ex parte ad vitia attritas, & improbis laboribus fractas, reficiendas pertinentia submoveri pateremur: Si sterilia omninò essent, nec quicquam utilitatis, ac jucunditatis in genus humanum conferrent, esset, cur ad horum sententiam accederemus. Denique ludus restringitur, atque redigitur ad significatum inter duo vitia positum, quæ ab utroque latere infesta impendent, quorum hoc in excessu, illud in defectu cristas erigit, atque patitur, in alterutrum qui prolabitur, ille violatæ virtutis, quantumvis rationibus fucatis se excusare conetur, infamiam evitare nequit: ut enim hos, qui nimis sunt effusi ad ludicras artes, acrius increpandos esse censemus, quod motus in mente subortos sub imperio rationis retinere detrectant, sed appetitus defrenatos longius evagari patiuntur, cum tamen ipse Deus, & natura mortales illis præstantissimis dotibus præbentibus indutos honestaverit, à quibus omne honestum decorumque trahitur, & ex quibus ratio officii inveniendi exquiritur, ut consequentia cernerent, principia, & rerum causas viderent, earumque progressus, & quasi antecessiones non ignorent, quid sit, quod deceat in factis, dictisque modus, quid sit ordo, observarent, similitudines compararent, rebusque præsentibus adjungerent, atque annecterent, futuras, totius vitæ cursum viderent, ad eam degendam præpararent res necessarias. Tull. in off. 1. Ita nec illis in laudem atque honorem cedere putamus, qui insanà temeritate ducti in hanc vecordem sententiam incurrunt, ludos mereri, qui plane abrogentur, quos, cum nullas adhuc firmo fundamento innixas rationes in medium protulerint, non immerito relinquimus: Nostra enim destinata qualiacunque sunt, quæ secretâ æstimatione meditamur, vacare temeritate, & negligentia, nec vero ulla actio subeunda, cujus non possis causam probabilem reddere. Pater Romanæ eloquentiæ, off. lib. 1. Ludi enim æque, ac quævis alia actiones externæ sub potestatem rationis redigi, adque honestatem componi possunt. Constat autem virtutem ad mores pertinentem in hoc præcipuè positam esse, ut ea, quæ sunt hominis, ab

Tull. 1. off.

Cicero off. 1.

*Thom. 2. 2. quæst. 68. a. 1*

usu rationis disponantur, ordinentur, reganturque, ut Thomas Aquinas loquitur, in 2. 2. q. 168. art. 1. jam si ludicra spectacula ab adversariis in utroque latere incessentibus distincta, idem jure sibi vindicare possunt, quod nullæ actioni nisi justis debetur, sequitur, quod ipsarum quoque quædam sint in laude maxima, & propterea honesta, liberalia atque decora. At objiciat aliquis id, quod in

*Chrysof. homil. 6. in Matth. tom 2.*

Chrysofomi homil. 6. in Math. tom. 2. exaratum extat, qui ad cognoscendam hominum vulgatam consuetudinem animum intendens, spectabat multos voluptate immersos, vitiisque sic obrutos esse, quos à perditâ luxuriâ agrè insignis industria ad frugem revocare possit: Hinc in hæc verba prorumpebat: non dat Deus ludere, sed diabolus: jam quisque homo non insanus, qui recta ratione regitur, cujus negotiis obeundis honestas ceu illustris fax præluceat, virtute tanquam utilissimo instrumento adjutus, ad Deum aliquo modo enititur, & assurgit ut Horn. lib. 2. ph. Moral. c. 7.

*Horn. 2. Moral. lib. 2. ph. §. 10.*

§. 10. At si ipsa virtus hominis animum vitiis exoneratum aliquo modo ad Deum allevat, quomodo poterit esse occupata circa illud, nempe ludos, quorum diabolus auctor est. Hoc quidem tanti roboris argumentum non est, quod ad illam ludorum jucunditatem, quâ, ut nihil jucundius, ita animæ viribus relaxandis nihil aptius, penitus abolendam applicare possis: legat, & evolvat, cui volupe est. Chrysofomum citatum, verba singula intento animo verset, pensetque interiori æstimatione, apparebit, lusus saltem dissolutos, & sine ratione compositos intelligi, quod & inde colligere est, quod statim hæc verba subjicit, ad cavendum, ne quis falsa opinione corripatur, se statuisse ludorum temperiem esse vetandam, dicens: audi, quod aliquando ludentes passi sint: sedit populus manducare, & bibere, & surrexit ludere. Ad hæc Patres ecclesiæ rigidiore judicio de rebus frequenter judicabant, quas saltem vetitus abusus turpes, injustasque ostendebat, quod præter ludos, etiam de aliis non obscurum est. Nos itaque illius dicti salaberrimi non immemores, quod Nasonis Metamorph. expressum traditur; in medio tutissimus ibis, pro viribus non ad eod. culti ingenii tractationem ludorum instituire placuit, quorum descriptionem illi saltem ludi ineant, quos virtus honestat, recta ratio regit: verum tamen cum res contraria pugna sibi invicem oblucentes magis explendescant, lumenque clarius præ-

*Ovidius Met. amor. fab. 1. lib. 2.*

us præ-

us præbeant, ubi iuxta se ponantur, non exclusa esse volumus illa  
vitia, quorum illi se reos faciunt, qui partim in excessu, partim in  
defectu peccant. Si qui essent, qui definitionem, quam propo-  
nemus, non minus adunco naso suspendere, quam omnibus viri-  
bus oppugnare sustineant, illis dicturi fuisset, nos tanto rigore  
tamque strictis verbis lusus haud definire, sed cum compluribus  
ludorum usus sit absconditus, stimulante cupiditate stimula-  
tos saltem aliquo modo adumbrare voluisse. Primò quidem quid  
ludi sint, quorum delectationem omnes tantopere expetunt. Lu-  
dere enim doctiores sumus. Horat. od. 24. lib. 3. At sanè paucos  
admodum deprehenderis, quibus ratio, & finis ludorum sit explo-  
ratus, deinde quænam illa sit materia, quam ludis, qui honestas ju-  
cunditates afferunt, edendis adhibendam esse credamus; non e-  
nim ex quovis sit quodlibet, ita nec quævis res ludis apta erit: post  
modum quales & quomodo comparati esse debent, quænam sint  
illorum propria insignia, quibus inter se distinguuntur, & digno-  
scuntur. Denique cui rei inserviant.

Horat. 3.  
od. 24.

Cum jam quæ necessaria dictu erant, persecuti sumus, jam ad  
nostrum propositum veniemus, & priusquam quicquam dicetur,  
aliquam ludorum descriptionem præmittemus.

Ludus est actio humana, in qua quæritur animæ quies, quæ  
consistit in delectatione aliqua animali, Thomas 2. 2. q. 168. a. 3.  
Cum ludi significatū sibi vindicent deductum à verbis, quæ actio-  
nem notant minimè dubitaverim, quin & ludi quandam actionem  
sint significaturi: Quotus quisque enim est, qui ignoret, activa  
verba rebus in exprimendis nihil aliud quicquam nisi actiones no-  
tare, cum pertineant ad illas potentias potissimum, quarum appel-  
latio trahitur ex agendo. Non ergo fieri potest; quin hujusmodi  
significatibus inde deductis, verborum quoque formalis significa-  
tio cedat; Quid ergo obstet, quominus ludis ex jure tribuatur a-  
ctio. Est autem animadverti non inutile quam multiplicibus &  
variis rebus hæc vox applicetur, quamque latissimè ejus significa-  
tio extendatur. Est enim, ubi omne illud comprehendat, quo aliqua  
potentia in agendo adjuvari videtur: Et hoc modo velle & intelli-  
gere in Deo plerumque dicuntur actiones; quia potentiam intelle-  
ctionis & volitionis (si ita barbarè loqui liceat) noster intellectus  
ad lucem sæpe caligans percipit per hæc in actum deduci. Deindè

Tom. 22. q.  
168. art. 3.  
Definit.

*Dan. Sthal*  
*tit. 3. Reg.*  
 16.

*Scheibl. 2.*  
*Metaph. 10.*  
*n. 5. Ca-*  
*st. an.*  
*distinct.*  
*Philosoph.*  
*sub lit. a.*  
*Altiore*  
*plex.*

*Arist. 1. M.*

*Arist. Eth.*  
*ad Nic. 13.*

vox actionis notat quemvis cuiusvis causæ influxum, quo aliquid producitur; & hoc modo dicimus omnem causam agere. Denique actio distinguitur in intrinsecam, & extrinsecam hoc loco hanc intelligi volumus: non vero illam. Ceteras significationes cui cordi est, videat apud Scheibl. 2. Metaph. 10. §. 5. Castanæum sub lit. A. At cum animæ facultatibus, ex quibus omnis actio rerum administrandarum manat, natura maximum discrimen objecerit, ipsas actiones quoque inde profectas, distinctas esse nemo inficias ibit. Alia enim facultas est, qua tantum vivimus, quæ ut ipsa rationis usu neque adjuvatur, neque regitur, ita nec quicquam rationis ab alia superiori accipit. Atque hæc animæ pars non potest non sua munia exequi, bene dispositis organis, quæ tali functioni sunt destinata: hinc Aristot. lib. 1. M. similis, inquit, esse videtur, hæc animæ pars igni, in hunc enim si quid projeceris, consumit ille: quod autem non injeceris non habet impetum ad accipiendum. Ita etiam hæc animæ pars se habet, si ingesseris nutrimentum, nutrit, quod si alimentum non ingesseris, non habet propensionem adnutriendum. Aliam animæ partem & naturæ conditor, & conservator attribuit, quæ sensuum propria, cujus beneficio duntaxat sentimus, & hæc partim rationis compos, partim expers: ratione quidem destituta, quia nihil intelligit, imò frequenter rationis imperium detrectat: compos autem, quia appetitus ejus rationis nutui parere potest, & parere natus est; Aristot. 1. Eth. ad Nicomach. c. 13. Prioris facultatis actiones omnino damnamus: Posteriores autem saltem secundum quid admittimus. Denique quandam animæ partem ex sua natura rationis splendor illuminat, imò hæc est ipsa ratio: hæc enim non tantum arcana naturæ, causasque rerum, quæ involutæ latent, investigat, perferutatque, sed, & insuper quasi fax ardente fulgore collucens istis laboribus præluceat, quos vir prudens diligenter obire fideliterque administrare cupit: atque hujus actiones præcipue intellexerimus. Quamvis fera bestia, quarum ignota forma omnium oculos in se convertit, locis publicis exposita, actiones externâ specie humanas imitari videantur, utpote ad quas videndas complures cupiditate inflammati rapiuntur, & aures, & oculi pariter spectantium voluptate excipiuntur, animus relaxatur: Verum tamen has in numero ludorum ponendas esse minimè crediderimus; Dantur quidem bestia, quas ubi captas & inclusas

clusas longior dies mitigavit, ad multiplicia corporis exercitia homines admovent, quæstum inde redacturi, modo saltare, modo bombardam explodere docent, sed cum hujusmodi actiones non tam à brutis, quam ab informatoribus dependent, ludi propriè dici nequeunt. Hominem igitur, quem natura ingentibus animi bonis instruxit, ut res, quas cum laude expediturus est, virtute æstimet, ludorum auctorem esse censemus. Cæterum lusu sunt materia quia maximè diversa est, ludi quoq; inter sese distinguuntur, ut adeo horum alios summis laudibus celebrare non dubitemus: Sunt enim quidam sacri, quos, cum ex scriptura sacra sunt compositi, primos non immeritò ponimus, cum propter materiæ nobilitatem, atq; dignitatem, tum quia ex his non mediocris utilitas percipitur: Quotus quisq; enim est, qui ignoret, ludos idem fermè esse, quod pictura: ut enim pictor exquisita arte jam virtutes discolori cultu adornatas, jam vitia squalore & æternis sordibus squalida sub specie personarum adumbrat, saltem ut homines vel ad studium virtutum stimulentur, vel ut à vitiis detorqueantur: ita sanè ludi præcipuè tamen illi, quibus sacer codex materiam præbuit, hominibus, qui dissolutam vitam sectantur, stimulum vitia emendandi addunt, qui verò jam ante ad benè beatèque vivendum instigebantur, hos cupiditas incessit in virtute perseverandi, quin solatia damnorum, adhortamenta calamitatis fortiter perferendæ afferunt, quos enim infractos atque abjectos miserabilis fortuna reddidit, ad spem & fiduciam eriguntur, cum oculis speciem rerum anteactarum inprimis ex Bibliis representatam habeant; Homines enim plus oculis, quam auribus credunt, Senec. Epist. 6. & Plautus plaris est testis oculatus unus, quam decem auriti. Alii sunt profani, quos separatis temporibus, diversisque personis exhibitos in duplici quoque differentia esse, est quod statuamus: horum enim sunt quidam, quos illi, qui vel sunt Christiani, vel saltem titulum gerunt, agunt, oculis spectantium subiecturi statum rerum pristinarum, quæ profanis historiis sunt expositæ: Alios verò Ethnici superstitione tacti in honorem Deorum, quos summa religione colebant, instituerunt: Atque horum præcipuè quatuor genera olim Græcos solemnibus ritibus celebrasse cum ex historiis, tum fabulosis poetarum carminibus patet: Fuerunt certamina olympica, ludi pythici, Nemea, & Isthmici: Hinc Archias poeta suis carminibus canit.

*Causa efficiens homo*

*materialis causa, quæ varia atq; multiplex.*

*Ludi alii sacri alii profani.*

*Senec. Epist. 6. Plautus profani duplices*

*Archias poeta.*

*760-*

Quatuor  
ludi sole-  
mes Græco-  
rum.

Ludus o-  
lymp.

Isacius.

Pindarus  
in Olymp.

Τέσσαρες εἰσιν ἀγῶνες ἀν' ἑλλάδα τέσσαρες ἴσοι.

Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.

At cum ipsi authores, quorum summa industria & cura hæc in re notanda ponebatur, incerti sint, atque varient, unde quatuor jam relati lusus primò suam originem traxerint, nos certi quid affirmare vix sustinemus, complures tamen id adsentiunt, Olympicos ludos Herculem Idæum in Pelopis honorem, anno mundi quadringentesimo super quatuor millia primum instituisse. Sunt qui & alios conditores statuunt & Pelopi primum celebratos fuisse negent vide Isacium: maximè contendentes Herculem Alcmena filium condidisse in cultum jovis, à quorum sententia Pindarus in Olympicis in Epinicio Theronis Agrigenti non abhorreere videtur.

ἢ τοι ποίσει μὲν Διός

Ολυμπιάδα δ' ἔσα-

σεν ἠρακλῆος

ἀκρότινα πολέμου

Alexander  
ab Alex.

Aristophanes  
in Plut.

Nam Pisa sanè jovis olympiadem statuit Hercules præludia belli. Cæterum fama diffunditur hæc ludicra spectacula suam appellationem acceptam habere ab Olympii jovis delubro, quod in Achaia summa superstitione colebatur. Alexand. ab Alexandro. Græci tradito more hos ludos pugnis, palæstra, luctis & cursu demum agere consueverant, posteaquam spatium quinti anni erat exactum, quod tempus olympiadem dicebant: Hinc Aristophanes in Plut. Ο Ζεὺς θῆκε πένεται τετ. ἠδὲ φανερῶν σε διδάξω

εἰ γὰρ ἐπλήτοί, πᾶς ποιῶν' αὐτὸς τὸν Ὀλυμπίαν ἀγῶνα

ἵνα τὲς ἑλλήνας ἀπαντας αἰεὶ δ' ἔλθῃς σέμετα ζυγα γείρει.

Iupiter sanè pauper est, quod te palam profectò docebo, nam, si dives sit, quo pacto facientis certamina olympi illic, quo Græcos omnes quinto quoque anno coegit. Inibant autem ejusmodi certamina non illi tantum, quibus humile genus inter alios contemptum contraxit, vel qui mediocri sorte florebant, sed etiam illi, quos vel indulgens fortuna, vel illustri nobilitas stirpis longè super alios allevatos ad cælum sustulit. Certè Alex: Magnum, cum puer levitate corporis, & pedum celeritate præstaret, pater Macedonum rex Philippus adhortabatur, ut in Olympiis stadium decurreret. Plutarch. c. 6. de fort. Alex. 1. 13. & apoph. c. 36. Sed quorum egregia industria, atque virtus splendore, atque dignitate su-

Plutarch.  
c. 6. de fort.  
Alex. 1. 13.  
C. apop. 36

per

per omnes emicuit, eoque victores olympiæ citarentur, honoris coronam virgulis oleaginis factam, interdum auream, æneamque præmium ferebant. Corn. Nep. 7. c. 6. v. 3. statuæ nonnunquam, ac imagines ipsis publicè in foro constituebantur, Alex. ab Alexand. Porph. summo honore, qui haberi poterat, colebantur, Xenophonte Colophonio teste. Hinc Horatius Satyrici carminis elegantia abundantissimus lib. 1. ed. 1.

Sunt quos curriculo pulverem olympicum

Collegisse juvat: metaque fervidis

Evitata rotis, palmaque nobis

Terrarum dominos evexit ad Deos.

Antequam hæc certamina incipiebant, Dii falsi, sacrificiis patris, invocantur, quos nisi hunc in modum votis propitiarent, cæpta minimè prospera futura, Ethnicis superstitione captis persuasum erat. Alteri ludi, quos in rebus sacris inculta ingenia non minore æstimatione, quam olympia, metuebantur, pythii dicti; sed unde hoc nomen eiscesserit, historicis simul, & poetis tot opiniones diversas inter sese volventibus, firmum quid in medium proferri hæud potuerit: Quamvis etiam nostra mentum interesse minimè putemus: sufficit enim scivisse ad religionem fictam æque, ac cæteros lusas exactos fuisse. Sunt, quibus hæc sententia non displicet, nomen trahere à loco pytho nominato; alii vocata fuisse Pythia crediderunt ab interrogatione cum *πυθία* sit percunctari: Alii à Pythone egregiæ magnitudinis serpente, quam multis vulneribus vulneratam Apollo telis enecavisse dicitur: at ne tanti facti memoria in animis posterorum exolesceret, ludos, quibus inde nomen attribuerit, ritibus solemnibus celebrandos præcepisse: Hinc Ovidius ingenio multum emicans sua Metamorph. lib. 1. fab. 8.

Instituit sacros celebri certamine ludos

Pythia perdomita serpentis nomine ludos.

Equidem certamina, quibus ludi inelyti videbantur, varia fuisse cognovimus: modo enim gladiis dimicabatur, ubi singuli inter se ita cohærebant, ut arma armis pulsarent, mucrones in ora dirigerent; modo de reportandis præmiis, quæ victoribus proposita erant, pedum celeritate contendebant; alios in dorso equorum insidentes, alios curru sublimes certamen iniisse patet: Jmò fama re-

B

ferrur

Cor. Nep. 7.

c. 6. v. 3.

Alex. ab

Alex.

Xenophon-

tes colopho-

niss.

Horat. 1.

ed. 1.

Pythia.

Ovid. Me-

tamorph.

fab. 8. lib. 1.

fertur comœdias, & tragœdias, & alia fabularum argumenta spectatoribus exhibita fuisse. Caterum qui vel felicitate, vel virtute aduti, suum adversarium devicerunt, laurea corona donabantur, quam horum ludorum propriam esse censebant: quamquam etiam esculea frons in præmium accipiebatur, antequam usus lauri erat inventus, hinc Ovid.

*Ovid. 1. Me  
tamorph  
fab. 8.  
Isthmia*

Hic juvenum quicumque manu, pedibusve rotâve  
Vicerat, esculeæ capiebat frondis honorem.  
Nondum laurus erat.

Isthmiis appellationem ab Isthmo sinu, mari jonio & Egæo in arctas fauces compellente terram, impositam esse, perhibent; quem locum Neptuno consecratum delubrum illustrabat: Atque hos lusus Sisyphus instituisse dicitur, in cultum Melicertæ pueri à Delphino in Isthmo expositi, ibiq; sepulti: Theseum tamen plerique ex æmulatione Herculis Isthmiorum auctorem prodiderunt certaminum Neptuno, vel Melicertæ, vel Palæmoni factorum. Sed hæc ludicra spectacula quinto post anno magna ambitione, expensisque magnificis edita fuisse Plinius author est, histor. lib. 4. Ad quæ spectanda undique universa Græciæ incolæ magna cupiditate confluisse. Val. Max. lib. 4. item Curt. 4. c. 5. testantur. Præmium porro, quo digni tantum victores æstimabantur, erat ingens, atque splendidum: enim verò præter honoris coronam ex pinu, manibus quoque suorum civium per aliquot intervalla portabantur, ne omnino terram contingerent: quibus nonnunquam addebantur statuæ in foro positæ, perpetua immunitas, imò alimenta, quæ publicè subministrabantur. Quarti Nemæi, quibus apparatus, splendor, atque dignitas haud sanè minor erat, nomen sylvæ Nemææ debebat. Archemor erat Lycurgi filius, alio nomine Opheltis dictus, cui à serpente occiso, in solatium patris amissi filii desiderio vehementer afflicti ludos decretos fuisse tradunt: At quamvis imagines majorum repræsentatæ hos ludos barbaris honestabant, maximè tamen illustres, atq; conspicui certaminibus reddebantur, quod enim disco, cœstu, & palæstra dimicabatur, insuper etiam equos ad motos fuisse fama dimanavit, cum quibus singuli mutuum certamen inibant, uter igitur pugna clarus superior decedebat, apio coronabatur: cateros lusus, de quorum usu celebratissimo historici pariter, & poetas mentionem faciunt.

*Plinius  
hisp. nat.  
lib. 4.  
Val. Max.  
lib. 4. Curt.  
4. c. 5.*

*Nemæa*

ciunt sponte omittimus: Et nec id mirum, qui enim tanta operis  
 augustia, quævis ludicra capiat, quibus Græci adsueverant, ut tace-  
 am scenas, quorum quatuor genera Grajos summo studio exco-  
 luisse Bulling. lib. 1. de Theatro testis est. Ad Romanos igitur, qui *Bulling. i.*  
 non minore ludorum cupiditate tenebantur, jam transibimus: a- *de Theatro*  
 pud quos distinctis locis personas ludentes maximè quoque lusus *Roman.*  
 distinxisse liquet: quidam enim non palam in theatro ludis desti- *lud: dupli-*  
 nato, neque ad ostentationem publicam, sed propriæ, & privatæ *ces publ. as-*  
 delectationis causâ, in locis privatis exercebantur, eoq; proprium *que privat.*  
 nomen sortiti sunt, ut dicerentur privati: fuerunt porro complu-  
 res horum species, quas, quia Rosinus de industria collectas lib. 5. *Rosl. 5.*  
 antiquat. Rom. exponit, dicere superfedebimus, quid sint latrun- *Privat.*  
 culi, quid tali, quid tessera, fritillus, pila, trochus, par & impar, &c.  
 quibus ludis singulis privatim Romanus adsuetus, atque deditus  
 erat. Alii publicè spectantium oculis expositi maximo studio com-  
 parabantur, quos finis haud sane idem, sed diversus maximè quoq; *Publ. dist.*  
 dividebat; namque quosdam, qui in honorem Deorum fiebant, *fuerunt vel*  
 sacros appellabant, quales erant ludi Megalenses, Cereales, Florales, *profan. vel*  
 Martiales, Apollinares, Romani, Plebei-Capitolini, Consuales, Sa- *sacra.*  
 culares, Compitalitii: Atque hi singuli suis Diis celebrabantur, de  
 quorum aliquibus, quem authorem sortiti fuerint, Tertullianus *Tertullia-*  
 ita scribit, lib. de spect. Cum promiscuè ludi liberalia voca- *nus lib. de*  
 rentur, honorem liberi patris manifestè sonabant, Libero enim à *spect.*  
 rusticis primò fiebant, ob beneficium, quod ei adscribitur pro  
 demonstrata gratia vini. Exinde consualia dicta, qui initio Ne-  
 ptunum honorabant: Eundem enim Consuum vocabant. Ipse Ro-  
 mulus exstructa fermè Roma, rebusque in formam reipubl. com-  
 positis, cum gentes confines viribus munitas neque conciliare ne-  
 que in amicitiam convertere posset: callidum commentum ex-  
 cogitavit, quo eas suppressere gestiebat: Festum atque sacrificium  
 Conso arcanorum Deo consecrabantur, ubi destinata prosperum  
 eventum habuerint: rem deinde magistratu probante, festum &  
 quadrigarum equorumq; certamina in honorem Consi, quem ali-  
 as Neptunum vocabunt, edixit, ad quæ spectacula legati gentes fi-  
 nitimas invitabant, quæ cum frequentes confluerant, & jam per-  
 petratæ sacrificiis ludi repræsentarentur, illi, quos Romulus subor-  
 naverat, immissi mulieres quascunque fors singulis offerebat, ra-

*Dionysius*  
*Hal. 2. Ros.*  
*9. L. 9. 10.*  
*2. 4.*

ptas in matrimonium accipiebant. Quamquam hæc res in varia bella postmodum prorumpebat, omnia tamen Romæ conditor adspirante fortuna suppressit, atq; hinc Consualia suborta esse Dionysius Halicarnassæus testis lib. 2. Cæterorum species expositas videre licet apud Rosinum lib. 5. apud Livium. l. 2. 4. Fuit & aliud genus ludorum à factis haud sanè abhorrens, quod paganos superstitione torpentes summa veneratione coluisse historici testantur: Atque hi plerumque vel victoriæ, vel Minervæ, vel Æsculapio pro rebus feliciter gestis, aut pro recuperatâ sanitate celebrabantur: Ethnici enim putabant, neque victoriam reportari, neque vigorem corporis recipi posse, nisi illis, quos divino honore honorabant res grata promitteretur; sed cum nō alia re Deos falsos magis delectari crederent, quam ludicris spectaculis, plerumq; ipsis devovebant.

*Arianus*

Erant hi ludi gymnici; & musici Ariano teste: At illi, quorum corpus in exercendo vestibis exuebatur, erant quinquertiones, & pancratiastæ: hos pugilatus, atque luctus: illos omnis generis gymnica exercitia, cursus, saltus, discus, lucta, pugilatus illustrabat Musici theatris spectabantur, eoque sub se comprehendebant scenas, comœdias, & tragœdias, satyros, & quicquid denique ad theatrum pertinebat. Maced. Rex Alex. Mag. Dario imminēbat, cum ingens vis morbi corpus ejus corripuerat, qui per omnes artus atq; membra percurrēns vota pro salute suscipere regem coegit, quæ post recuperatum corporis vigorem quoque reddidit, Æsculapio ludicra spectacula exhibendo.

*Curt. 3. Herods.*

Curt. 3. Severus victor ex Parthia reversus erat, quum Romæ ludi pro victoria celebrabantur. Herod. 7. 10. Quamvis autem ludi cultus divini mendacio locum facientes haud in gratiam veri numinis, sed in honorem dæmonum struerentur, eoq; Ethnicos à cogitatione luminis luminum abstractos densissimis caliginibus obruerent, ut adeo ritualparū de die caligantium nihil quicquam in rebus sacris viderent, quamquam etiam horum aliquam cognitionem res mirabili prudentia, stupenda arte, & profunda scientia constructæ suppeditare poterant: si saltem quispiam intellectus naturales vires voluisset intendere: Attamen & alii haud sanè rari neque tenues, sed effusi, non obsoletis, sed gloriosi habebantur. Ludi Circenses erant, qui cū in circuitu ab utroque latere periculo impendente (unde quoque nomen vel à Circe venefica accepisse tradunt) exhiberentur, Romanus acris-

*Ludi circenses.*

intem-

intemperatâ licentiâ impatiens, diaboli ludibriis corruptus, eos maxima cupiditate expetebat, cum propter voluptatem oculis, & auribus spectantium illabentem, tum propter firmitatem, agilitatemque, quibus membra pariter, & artus gladiatorum induerentur, vel quia miseris hominibus persuasum erat, hisce certaminibus pueros, & adolescentes præter gloriae & honoris incitamentam crebro aspectu sanguinis effusi ad pericula, & labores bellicos indurari. Rosinus lib. 5. Tertull. lib. de spect. Hinc virg. 3. Gerg.

— quum præcipiti certamine campum  
Corripuere, ruuntque effusi carcere currus,  
Quum spes arrectæ juvenum.

Sed o vecordem crudelitatem! o insanam voluptatem; jam ut corpus & animus inde relaxentur, vires acuantur, insuper & homines ignavi longa consuetudine tandem sic occalescant, ut conspectum cruoris sustinere, pericula contemnere discant, quis eò vera laude laudabit, quis cordatus non fastidiet, cum pugiles, atque pancratiastæ inter sese pugnantes discedere turpe fore crederent, quoad alterutri aut lethale vulnus esset incussum, aut alter succubisset: Quapropter modo pro gloria, modo pro vita dimicabatur.

Virg. 5. Aeneid. Circenses excipiebant illi ludi, quos theatri maxima ambitione, sumptibus effusis quam splendidissimè constructis representabant, & quia populus Romanus, antequam theatra erant, loca, quibus hi ludi edebantur, frondibus & auleis inumbrabat, appellabantur scenici, quod vocabulum est à σκηνή umbra. Atque hæc appellatio etsi præcedente tempore loca varfarant, haud immutata est. Caterum horum origo quam à parvis initiis dimanaverit Livius & Val. Max. testes sunt; sine carmine, sine imitandorum carminum actu ludiones ex Etruria acciti ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus more thusco dabant: Deinde interjecto tempore, ut omnis res, quarum principium tenue est, ad summam creverunt: Interim variæ fabulæ, scripta quoque satyrica, item sermones ad imitationem cum lasciviâ cujusvis motus, vel factorum, compositi recitabantur; Interim adversæ pariter & secundæ fortunæ species oculis subiciebatur: quapropter Scenicosis in quatuor quoque species descriptos fuisse tradunt, quorum quamlibet ex Rosino lib. 5. discere licet. Quamvis autem ludium, quibus Roma delectabatur, complures possemus proferre species

Tertull. lib. de spect.  
Ros. 5.  
Virgilius  
Maro 3.  
Georg.

Virgilius  
5. Aeneid.  
Ludi Theatrales.

Livius Val.  
Max.  
horum or  
origo.

Ros. 5.

species, attamen unam duntaxat adhuc ostendisse erimus contenti, quod ex ea facile conjici poterit, illa modum excedens, & immanis lusuū libido: certè manus suas cruore captivorum imbuere, & excaede in ludis trucidatorum voluptatem capere, est res hominibus barbara crudelitate savientibus digna. Ludi funebres & gladiatorii etant, Romani munus ab officio dicebant; authore Tertulliano. Quoniam officium etiam muneris nomen est, officium autem mortuis hoc spectaculo facere se veteres arbitrabantur, posteaquam illud humaniore atrocitate temperaverunt. Nam olim quoniam animos defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, captivos, vel malo ingenio servos emptos in exequiis immolabant. Postea placuit impietatem voluptate adumbrare. Itaque quos paraverant armis, quibus tunc & qualiter poterant erogabant: ita mortem homicidiis consolabantur, atque hæc muneris origo. Verè, & salubriter rationem horum ludorum aestimanti, sive quos Graji, sive quos Romanus vel ad Deos falsos colendos, vel ad delectationem excitandam egerunt, videri possunt haud elegantes, nec urbani, ingeniosi, sed ab honestis actionibus alienati, illiberales, petulantes, flagitiosi, atque obsceni: Neminem exiis, quorum ingenia literis humanioribus sunt imbuta, fore crediderim, quin ex Tull. off. didicerit, in omni actione suscipienda tria esse tenenda: primū ut appetitus rationi pareat, quo nihil est ad officia conservanda accommodatius: deinde ut animadvertatur, quanta illa sit, quam efficere velimus. Tertium est ut caveamus, ut ea, quæ pertinent ad liberalem speciem, & dignitatem, moderata sint, modus autem est optimus, decus ipsum tenere: Nam qui appetitus habent relaxatis longius evagantur, & tamquam exultantes sive cupiendo, sive fugiendo non satis à ratione retinentur, hi sine dubio finem & modum transeunt, quicquid aut honesti, aut decori speciem reddit, evertunt, perturbantque: At enim sentientem animam natura ratione non instruxit, qui ergo queat parere, alteriusque imperium subire: Hoc quidem verum est, tamen cum rationi subiecta sit lege naturæ, test. Tull. fieri non potest, quin tandem usu, atque consuetudine eò deducatur, ut aliquo modo superiori animæ facultati obedientiam exhibeat: Hoc autem potissimum fit, si motibus sentientis facultatis non indulgetur, sed obstat in principio, ejusque feroces impetus iudicio, quod

*Tertullianus lib. de spectaculis Ludi funebres.*

*Damnantur velatorum species ludorum.*

*M. Tull. Cicero off. i.*

*insentientis facultas rationi pareat. Tullius off. l.*

quod ex lumine naturali profluit, repelluntur, & quantum fieri potest sedantur, tandemque supprimuntur: Ratio autem quæ tanquam regina in fastigio regis majestatis collocata, ceteris potentiis ut imperet, nihil in consideratum omittit, sed quicquid inferiores potentis subministrant, atque suggerunt, attentius deliberat, & tandem ostendit, atque mandat, illud esse fugiendum, hoc appetendum, illud esse turpe, hoc honestum atque decorum. Quis jam oro quæsoque dicat, in Ethnicis non tam spectando ludos, quam agendo, appetitus rationi obtemperantes fuisse, cum ipsæ actiones maxima ex parte vecordia nitebantur: Non sanè prudentis sed insani potius est, sine rectâ ratione suum corpus spontè capitis discrimini offerre: Quis non meritò culpet illos, qui rebus, quarum multum sæpe intererat neglectis itinera periculis ac laboribus impedita subibant, aures, atque oculos rebus obscænis applicandi gratia? Num istæ actiones in laude ponendæ, de industria, quas suscipiebant, summo honore honoraturi luxuriosum, dissolutum, libidinosum hominem, qualis Iupiter erat, cui olympici ludi decreti fuisse dicuntur. Romanæ eloquentiæ pater off. principio inquit, corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem; quæ formam nostram reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit in promptu, quæ autem partes corporis, ad naturæ necessitatem datæ essent, aspectum deformem habituræ, atque turpem, eas contexit, atque abdidit. Hanc tam diligentem naturæ fabricam imitari omnis pro se quisque mortalium tenetur, qui verecundiâ violare nolit: sed complures ludi, ne illis quidem exceptis, qui rerum sacrarum titulum gerebant, actionibus lascivis, petulantibus, & obscænis, difflebant: ut omittam, pudorem, membraque illa, quæ natura occultavit, & quæ omnes qui sana mente sunt, remouent ab oculis, esse profanata, vulgataque, mulieres petulcæ, & lascivæ denudato corpore ad Floralia abhibebantur, quæ actiones, atque gestus ad irritandas, inlicendasque imoditas voluptates instructos edebant, quod optimè descripsit vetus Scholiastes juvenal. sat. 6 v. 249. Florali tuba quæ committuntur ludi florales, in quibus meretrices nudatis corporibus per varias artes ludendi discunt, & armis certant gladiatoris, atque pugnant, hi ludi à Flora meretrice instituti sunt in honorem Floræ Deæ, quæ floribus præest, ludi sunt impudici. Quid de ludis scenicis

*Ethnicis ad  
ludi impro-  
bantur.*

*C. off. 1.*

*M. Tul. off.*

*Scholiastes  
juv. sat.  
6. v. 249.*

*nicis*

scenicis, quos theatris exhibebant, dicam, satyros ne qui nudi ad spectacula teste Horatio :

Horat. aree  
poet.

Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum  
Mos erat agrestes satyros nudavit,

producebantur, laudibus efferam, quod carmina, & dicteria ad alios convitiis dilacerandos, conscripta, saltando decantarent: Mimos scilicet laudabimus, quibus unica cura erat risum populo commovere exclamationibus ridiculis, & gestibus, indecoris i.e.

Scholast.  
in Senal.  
Mar.  
Tull

vultu distorto, videatur Scholias tes juvenal. sat. 13. quam ob rem sanniones dicti M. Tull. lib. 2. de oratore. Quid porro tam ridiculum, quam sannio est? qui ore, vultu imitandis moribus, denique corpore ridetur ipso. Hinc Tertullianus lib. de spect: non dubitat

Tertull.

Ethnicorum theatra veneris sacrarium, impudicitiae confistorium, Diaboli officinam dicere. Quamquam comœdiis, & tragœdiis irritamenta, stimuli que virtutum, calamitatis solatia spectatoribus interdum proponebantur, tamen cum subinde sermones procaces, gestus obsceni, dissolutique immiscerentur, tanti non fuerunt quæ ob id essent approbanda. Ludos Circenses, quos Rosinus lib. 5. descripsit, prætermittite, nihil de barbara crudelitate, quâ ludiones inter sese grassabantur, loquar,

Ros.

nihil de temeritate, nihil de vecordia, quæ inter ludentes pariter & spectatores eminebant, disseram. Lateat ille corporis cultus obscænis, illa flagitia immania, quæ pugnis inter homines, & bestias patrabant, silentio tegantur: Magnum illud mundi lumen Aristot. lib. 20. Eth. c. 6. ait σπυδαζειν, & παυειν παιδιας χαρειν ηλθιον φαίνεται, & λιαν παιδιων, vehementer niti, defatigari rei ludicræ gratia stultum videtur, & admodum puerile. παιζειν δ' ὅπως σπυδαζειν, ὁρδωσ' εχειν δοκει, ludere verò ut seria post modum studiosè agas rectè est. Ludi enim qui cum fervido labore sunt conjuncti sudoremque excutiunt, non minus spiritus concitant, corpori lassitudinem membrisve torporem injiciunt, quam si labori quam gravissimo esset intentum: Sed quis jam neget membra decurrentium spatium fatigari, cum omnes artus nervi supra plus quam vehementissimè commoverentur, concuterenturque. At sanè ludi nihil aliud esse debent, nisi requies, ut philosoph. 10. Eth. ἀναπαύσει γὰρ ὁμοιε ἢ παιδια. Sed ne alicui forte veniat in opinionem, à nobis cani pali nodiam, qui hæctenus gentiliū ludicra spectacula damnavimus,

Aristot.

jam

jam ostendemus, quinam ludi salva honestate, probitateque, & pietate incorrupta in republ. retinendi sint: Ante omnia id in omnium animis esse debet, ludos quibus pura, atque proba mens delectari queat, esse nihil aliud quam actiones humanas: Hujusmodi vero sunt, quarum homo est dominus: Dominus autem suorum actuum per rationem & voluntatem, testante Thoma Aquinato. 1. 2. q. 1. a. 1. illa ergo actiones propriè humanae dicuntur, quae ex voluntate deliberatâ procedunt. Sed viris prudentiæ lumen ex quibus exsplendescit, patet, nihil quicquam utile & salubre ex deliberante voluntate promanare posse, nisi deliberatione adhibitâ, quæ non minus in rebus obeundis, quibus opus est, diligenter vestigando reperit, quam in illis perficiendis iter quod inire, quodque rectè peragere debemus demonstrat: Sed hæc certè præstari haud quaquam possunt, nisi magnum illud luminare, intellectus, qui cæteris potentiis lumen præfert, videat, judicet, promat, quidnam illud sit, quod omninò agere quispiam cogitat, quo in tempore sit suscipiendum. Denique nil non ostendit, quod actiones optabiles, atque laudabiles postulant. Ludi supra in sacros atque profanos, describebantur, quorum hi ex sacris literis deprompti eminent, plusque dignitatis, ac utilitatis habent: illos, quamvis eadem æstimatione pensare sana ratio non permittat, rejicere tamen haud quaquam volumus, si modo materia sit decorata, utilis, à rebusque turpibus abstracta. Nam cum veteres philosophi, poetæque crediderunt, tum & ipsa rerum humanarum diva, prudens magistra docet experientia, vix quicquam aliud esse, quod magis mores corrumpat, viam ad virtutem penetrandi præcludat, fama, gloriæ & tranquillitati obstet, nisi sermonis licentia, sordes, & sterquilinum. Quapropter Tacitus imagines etiam depictas, speciem turpitudinis quæ redderent, ab oculis moveri præcepit, de mor. Germ. cap. 6. dicens, ne spectent picturas turpes, quibus ad ejusdem generis imaginationes & cogitationes datur occasio.

Nil scædum dictu, visuve ea limina tangat,

Intra quæ puer est: juvenal. sat. 14.

Sicut ratio, diva quam afflavit Minerva, lusus quosvis non approbat, sed eos saltem, qui sunt honesti, ingeniosi, ac urbani: ita certe illos ludis exhibendis maximè aptos fore censet, qui generosa indole, probitate, pietateque spectati animum appulerunt vel ad studia,

Quales ludi sint probandi. causa formal. lud. Thom. 1. 2. q. 1. a. 1.

Tacitus de Germ. c. 6.

juvenal.

qua persona spectacul. publ. exhibend.

studia, quæ pectora emolliunt, asperitatemque discutunt; vel ad alia exercitia, quibus illi sunt erudiendi, quos spes magni quondam honoris capeffendi permulcet. Quamvis autem pueros, teneræ ætatis, in rudimentis literarum humanarum adhuc hærentes non intellexerimus, sed eos, qui jam firmiores, industria, virtutibus, gloria profectum emicant, illum utique optimè personam in ludis acturum credideris, qui motus animi continere, mores commodè, gestusque scienter in speciem materiæ ludi formare scit; ludi enim nihil aliud sunt, nisi imago, atque idea rerum gestarum oculis subjecta: sed quid pueri paucos admodum annos nati: ruunt, & ad omnes affectus impetu feruntur. Quin etiam horum ingenia, qui in ludis componendis occupati sunt, multum eruditione, lumine

*Quibus ludos componere liceas.*

prudentiæ, face variarum historiarum illustrata sint, necesse est. Vulgus enim, & qui manuarum artium opera fatigantur, æternis sordibus squalent, temeritate, ac intemperantia fluctuant; nec ad id, quod salubre, sed quod jucundum, sensusque titillat, omni impetu feruntur. ut ergo ad ludorum speciem representandam hos admoveri prohibet usus, & ratio, ita & à lusu compositione arcet urbanitas, & temperata moderatio. Fuit quidem, ubi cerdones, & frivolarii publicè ludendi copiam adipiscerentur, verum cum nil nisi monstra in theatrū producebant, non immerito ludi tanquam res insulsa reprehendebantur. Commendatione orationis multum excellens Cic. off. 1. quosvis ludos illiberales, immodestos, & profusos esse dicit, nisi virtus corporis motus coëcens urbanitas adornet, regatque. Et nec immeritò Philosoph. enim 4. Eth. quicquam urbanum esse negat, quod non sit elegans, facetum, à recta ratione directum, attemperatumque. Sed quis jam credet, vulgum non consilio, non ratione, non discrimine, non diligentia præditum, Cic. pro Planc. Tacitus 1. hist. hujuscemodilusus compositurum esse: igitur idem philosoph. plurimum docti & indocti ludorum interesse ait, hos plerumque scurrilitatem, illos virtutem commendare. Non est autem, cur quis arbitretur omnem materiam relaxandi corpus & animum fatigatos incultis ingeniis eripiendam esse. Philosophus enim 10. Eth. statuit ludis, & corporis voluptatibus unumquemque, etiam mancipium quodlibet atque, ac virum optimum frui posse. Ἀπολαύσει τ' ἀν τῶν σωματικῶν ἡδονῶν ὁ τυχὼν, καὶ ἀνδραπόδων ἐχ' ἡπίστον τὰ ἀρετῶν. Et nec id mirum, vix a-

*Tullius off.*

1.

*Aristot. 4. Eth.*

*Cic. pro Planc.*

*Tacitus 1. hist.*

*Aristot. 2. Eth.*

*Aristot. 10. Eth.*

lius

lius sanè, quam vulgi membra, & corpus magis colliduntur, vexanturque, sudore per totum corpus propter immanitatem laboris manante: vires autem, quas cura & industria vehementior intendit, remittendæ sunt, & quiete reparandæ, cui rei præsertim joci, & lusus inserviunt. Aristot. 4. Eth. quapropter Spartani horridis ingeniis, duritiæque dediti, licet populares rigidis legibus tenerent, ipsis tamen ludorum oblectamenta renuere noluerunt, teste

*Aristot. 4.  
Eth.*

Crajo lib. 4. de republ. Lacedæm. p. 185. At exercitationes corporis, quæ vulgo conveniunt, maxime palæstram, item sclopeti dissolvendi exercitium esse statuimus, utpote quibus non magis multitudinis vires acuuntur, quam corpus robore & velocitate induatur. Non autem pugnam more stultorum pro vita dimicantium inibunt, sed ut dux Epaminondas, qui plurimum studii in armis consumebat, ad eum finem, quo ad corpus firmitate, agilitateque præstaret, illam enim ad athletarum usum, hanc ad belli existimabat utilitatem pertinere. Quid enim in rerum naturâ melius muros tueatur, agros ab incendio hostium liberet, nisi virtus, cujus vis, non tantum in animo, sed etiam in corpore sita est: Munimenta quidem, & turre situ ac opere multum editæ regiones atque oppida communiunt, firmantque, sed hæc caduca, & infirma reddunt oppidani fortitudine destituti. Digna ergo est celeberrima civitas Argentoratum, quæ laudibus feratur, quod præter alia instituta, hoc maximè utili quoque utitur, ut quotannis statuto tempore bombardis operam dare suis civibus imperet. Rei militaris non imprudentes imperatores id probè observabant: Macedonum Rex Alex. M. ubi continuo itineris labore victus, in fertili terra substiterat, ne milites otio desides, (quod plerumque periculosum, & difficile est) animos dimitterent, subinde talia exercitia instituit, præmiaque proposuit de virtute militari certantibus, quibus donarentur, quorum virtus eminebat. Ex reliquis lususibus, quos publicè ludere nemo sanus sustinebit, non alius propius ad honestatem accedere videtur, ac conii, germanicè ein Kegelspiel/ cum enim cæteri plerumque rixarum, vulnerum, & cædis materiam subministrant, hi sine damno, sine humanitatis impedimento tranquille peraguntur, quin etiam jucunditati, quam afferunt, corporis exercitatio adhæret: Cur enim quispiam dubitet dicere

*Crajo lib. 3.  
de republ.  
Lacedæm.  
Ludi quo  
vulgo con-  
geniunt.*

*Curr. 5.*

*Ludi pri-  
vati.*

*Chartula  
lusoria re-  
jucuntur.*

chartulas lusorias, turpitudinis, levitatisque potius indicium esse, quam

quam honestatis, utpote quibus non delectationis, sed lucri gratia, dies pariter, noctesque absumendi insana dulcedo perditissimos quosque pelliciat; quod sæpe, quicquid integrâ septimanâ, ex durissimo labore est redactum, unius horæ spatio perdat, non dicam; neque etiam illud tangam, quod non solum res familiares negligantur, uxoris liberorumque salus damnetur; sed insuper æs alienum contrahatur. Dolor, jurgia, intempestiva mors ludicra hæc abominanda reddere possunt. Quotusquisque enim est, quem lateat, complures præter opinionem rebus suis perditis, in tantam tristitiam fuisse implicitos, ut cum omnes adhortationes ad animum erigendum infirmæ erant, id quod natura cogeret, sibi acceperaverint. Quot ardentes faces sunt accensæ, quot tempestate excitatæ, quot sanguis fusus, quod latera chartulis lusoriis ludentium stricti gladii hauserunt? Quis ergo illos parentes castigandos esse non censeat, qui liberos sic educant, ut indulgendo turpissimis quibusvis imbuantur cupiditatibus; chartulas lusorias, & hujusmodi alia exercitia cœmunt, quibus filii infantiam adhuc agentes de precio ludendo (non dicam erudiendi) sed corrupendi sunt: ne dein neglectæ disciplinæ infamia infligatur, rebus impiis titulum debiti officii præferunt, dicentes hunc in modum comitate, humanitate, gratia obsequendi animum imbui, porro inde stimulum, & ardorem discendi pueris accedere! sed ò stultitiam! ò impietatem! quam malè enim hæc res sæpè liberis cedat, tristis eventus ostendit: ingenium omnium est à labore proclive ad libidinem. Terent. in Andr. 1. non ergo virtutis, sed flagitiorum ansa præbetur, honestas pellitur, studiorum dulcedo, atque suavis voluptas excutitur; in cuius locum subeunt pravæ cupiditatès, profusio æris, injustæ delectationes. Cui enim quis puer assuevit, id ineuns adolescentiam optat; nam

*Terentius  
in Andr.*

*Horat. ep.  
2. lib.*

*Salust. in  
Catil.*

Quo semel est imbuta recens servabit odorem  
Testa diu.

Exemplo esse potest L. Catilina: illi homini à pueritia bella intestina, cœdes, rapinæ, discordia civilis grata fuere, ibique juventutem suam exercuit. Salust. in Catil. Eadem peregit in ætate virili. Cæterum si qui essent, quos opinio dubia verset, an pueritiæ quævis ludicra sint sub ducenda, illis responderem, inter ludos ætati puerili convenientes esse quosdam cum pernicie & periculo

con-

conjunctos, alios utiles, & honestos, hi concedendi, illi nequaquam. Omnes tamen non impii, ac nimis indulgentes parentes, quantam maximam poterunt, operam dabunt, ne ludi pueriles sint nimis laboriosi, atque turpes; qui enim non sine magnitudine laboris peragi possunt, corpus fervidum reddunt, artusque haud mediocri calore accendunt; At calor vi excitatus exsiccat, humidumque absumit; quod patet in corio ad ignem admoto; sed quis nescit vehementiorem siccitatem corpora in arctius quasi compingere, eorumque incrementis obstare: Humidum enim cum mediocri calore temperatum facit, ut corpora excrescant, atque justam magnitudinem & proceritatem perveniant. Id autem maximè cum patribus, tum omnibus illis, quibus puerorum salus credita, curæ esse debet, ut ludi omni tumultu, & turpitudine soluti, animū temperie delectationis permulsum stimulent ad virtutes, non ad vitia, & sordides. Nam infantes, & pueri simiæ velut quædam sunt, ita ut in ludendo omnia cupiant representare, quæ cuncto vident, vident autem sæpè illiberalia, & sordida, quæ ne ludendo expriment, providendum est. Cæterum pilæ ludum, ut vetustate, ita certè utilitate, & arte multum indyctum probare minimè dubitamus. Antiquitatem ejus Plin. 7. 56. nos docet. Constat sanè & Grajos hoc lusus genere delectatos fuisse, nec non alios populos plurimos. Hinc Herod. lib. 1. ejus originem, & inventionem Lydiis, Lacedæmoniis Hippasus, Syconiiis Diocæarchus attribuit; Nec non pilæ lusit Iulius Cæsar: Augustus. M. Antonius; Plut. in Ant. Alexand. Macedo, Quintus Publius Scævola vir gravitate simul & Juris civilis prudentiâ eminentissimus ad hoc diverticulū animum suum forensibus ministeriis fatigatum transferre solitus erat, teste Val. Max. 8. 8. Atque hoc exercitium propter varia antiquis usitata genera, quorum quædam ad nos quoque transferunt, varium fuit, vid. Mercurial. de arte gymnastica lib. 2. c. 4. Mart. lib. 4. Est pilæ exercitium valdè liberale, & plurimum valitudini conducit; auget robur, & agilitatem corporis, concinnitatemque membrorum efficit, excrementa subducit, oculos, caput, manus, pedes cum celeritate, dexteritateque movet, totum deniq; corpus æqualiter exercet. Quod confirmat author speculi vitæ Scholasticæ.

*Pueris sunt non nisi ludi liberales concedendi.*

*Pilæ ludus laudatur. Plin. 7. 56.*

*Herod. 1.*

*Plut. in Ant.*

*Val. Max. 8. 8.*

*Mercurial de art. gymnast. 2. 8. Mart. 4.*

Curſitat, atque manusque pedesque juvena fatigat,  
 Sphæram percutiens, atque repercutiens,  
 Sanguinis est ea vis, nempe in juvenilibus annis,  
 Gravior atque isthac fit ratione cibus.  
 Retia dum pilulam faciunt hinc inde volantem,  
 Exercet juvenis corpus & ingenium.  
 Nam pila restaurat male sano in corpore vires  
 Torpet & assiduis obruta mens studiis.

*Scacchii honestus.* Inter omnes autem privatos ludos haud vulgaris habetur Scacchius, alias latruncolorum ludus dictus: atqui hunc ab Egyptiis rerum abstrusarum indagatoribus, & ingenii cultoribus inventum esse Jodocus Damhuder. in parænes author est. Quod autem hic ludus possit adhiberi & debeat, sed ab iis qui minus longuidi sunt, & fessi; utilitates inde derivantes suadent: Ingenium & iudicium exercetur, & acuitur, memoria confirmatur, Florent. de arte memor. & imago. 2. 3. teste, plura qui de hac arte scire gestit. videat Gustanum Selenum. im Schach oder König spiel. Cæteros ludos, ut tesseras, artem palæstricam, & quæ sunt alia huiusmodi exercitia, maximè utilia, necessaria, & honesta esse statuimus, temporis, loci, modi atque personarum ratione probè observata Sed ut illuc redeamus, unde divertimus omnis pro se quisque sibi revocabit in memoriam illud, quod à Tull. off. i. admodù prudenter dictum; decorum in omnibus factis & dictis, in corporis denique motu & statu cerni: Ratio igitur, quam probitas, & pietas adornat, non potest non statuere, universos gestus, atque vestitum ineptiis non vocantes ex comædiis submovendos penitusque damnandos esse, ut enim cæterarum rerum; ita maximè cultus, atque corporis motuum munditia & lepor quidam est adhibendus, non odiosus, neque exquisitus nimis, tantum qui fugit agrestem & inhumanam negligentiam. Quis enim tanus illi laudem attribuet, qui cum in publicum prodit, aut tarditatibus utitur, in gressu mollioribus, aut in festinationibus suscipit nimias celeritates: At ritu væcordium saltare, dentibus frendere, caput & reliqua membra hinc inde jactare, os torquere, oculos divaricare, discolorum vestem indutum esse, risum non magis captare, quam præbere, stultorum est, quibus usus rationis interceptus. Cicero facundia elegantissimus off. i. naturam esse sequendum, & ab omni, quod abhorret ab ipsa

ocù.

oculorum, aurium comprobatione fugiendum, status, incessus, sessio, accubatio, cultus, oculi manuum motus teneant decorum. Nemo autem quemvis motum corporis, gestuumq; omittendum esse putabit, quamvis insulos atque turpes nullus non aspernetur, tamen prout materia ludorum exigit, quosdam adhiberi, sed non nisi modestia temperatos ratio jubet. Nam:

Est modus in rebus sunt certi denique fines,

Quos ultra, citraque nequit consistere rectum.

Horat. 2. lib. 2. Ludiones Comice capuntur.

Quapropter haud immerito ludiones illi comici, qui rebus ludicris victum quaritant, perstringuntur, taxanturq; quod enim sermones & audiri & dici turpes in theatris proferunt, comædiis quoque gestus obscæni dissolutorum histrionum immiscentur. Quamquam autem nullos lusus nisi modestia, atque urbanitate distinctos publicè edi justis legibus florens res publica patietur, attamen, cum (ut Cic. off. 1. loquitur) magna vis & temporis & loci sit, utrorumque ratio ut observetur, multum etiam magis elaborandum est. Ergo spectacula, quæ in foro vendendis obsonis destinata repræsentat aliquis circulator impulsus lucro, contemnuntur: Nec & illi ludi non displicent, quos graves, horridosque redidit locus geminarum vitæ discrimen minitans, quales circenses, itemque naumachiam fuisse Historici testantur. Cicero promptus in dicendo decorum græcè *απένορ* dictum ab omnibus externis actionibus exigit: sed sanè nihil quicquam decori motus externi præbere possunt, nisi ratio regat, ordinetque. At ordinatio in hujusmodi motibus occupata attenditur ad duo. Thoma Aquinat: teste 2. 2. q. 158. art. 1. uno quidem modo secundum convenientiam personæ, alio modo secundum convenientiam ad exteriores personas, negotia, seu loca. Igitur etsi veteres, & barbata crudelitas, & lascivia lufibus exercita dignos faciebant, qui carperentur, nihil tamen hac in re ipsis detraxerim, quod spectacula locis certis exhibebant: comædiis enim & lufibus publicis edendis non alius locus aptior videtur, quam theatra, quæ ex pecuniâ publicâ, virorum in magistratibus & imperiis versantium personæ ædificanda curant: Cavendum autem est ne in dignitatem atque splendorem theatrorum maior sumptus fiat, quam in ædificia, quibus urbs, adornatur & communitur, aut reditus ex vectigali permittere possunt. Quin etiam oportunitas temporis ludicrarum

in publ ludic. ratio temporis, loci observand.

Thom. 2. 2. q. 158. art. 1

in Theatro ludi publ. exhibend.

*de statu  
temporis  
Philosoph.  
3. Eth.  
Thom. 1. 2.  
9. 7. a. 8.*

*Lips. pol. 1.*

*Cic. off. 1.*

crarū rerum structuras effici vetat, quando bello omnia exhausta, Mars solita feritate saeviens urbes vi expugnatas ruinis, & ignibus delet, agros urit, & quicquid usui esse potest, corrumpit. Qua propter universa Germania strepitu armorum concutiebatur, cum & nobilitate atque dignitate multum inclyta urbs Argentoratum theatrum jam in ruinam præceps destruxit, non quidem ed, quasi ludere nefas esset, sed quod bellum undique nihil in corruptum & in tactum omittens reditus ludis destinatos interceperat. Superest ut & attentos animos ad temporis statum habeamus, cum enim actionum ad mores pertinentium singularis quædam conditio sit, quâ illa distinguuntur & dignoscuntur. Philof. 3. Thoma Aquinat. 1. 2. q. 7. a. 8. testibus. Certe quas actiones propter delectationem susceptas præsens tempus honestabit, immutatum, diversumque tempus quoque variaturum esse, minimè negandum: Igitur ludos etiam mediocri delectationi inservientes, tum abrogandos esse non mirum est, si quis censeat, hostis, ubi constitutis operibus civitatem obsidet, omnique commeatu privat. Quare Grajos olim pro stultis egisse, non difficile dictu, qui ne tum quidem lusus sumptuosos, preciososque Teste Alexandro ab Alex. omiserunt, cum jam vis externa, non solum res ingenti motu concusserat, sed etiam ferè adfluxerat. Ipsa deinde pietas, quæ est rectus de Deo sensus, rectus in Deum cultus Lips. 1. c. 2. festis diebus ludicra spectacula Theatris exhiberi prohibet: imo ne profesta quidem die illa horæ ludis abstinentiæ sunt, quas sacris procurandis pia majorum conscientia destinavit: Probitati in expedito erit, rectam sententiam ferre de comædiis illis, quas avaritia pestilentes, toto fermè orbe discurrentes edere compellit, absque ullo respectu temporis; utrum honori divino impertiri debeat, nec ne, hujusmodi sanè ingeniorum malitia superat superstitionem ethnicorum. Quamvis enim hi recto sensu & cultu in Deum destituti erant, tamen lumine naturæ ducti, ludos priùs facere non sustinebant, quam auxilio Deorum implorato. Romanus indicendo qui valebat Cicero off. 1. ludo, inquit & joco uti quidem licet, sed sicut somno &, quietibus cæteris, tum, cum gravibus, seriisque rebus satis fecerimus. Nihil sanè quicquam in universo terrarum orbe natura produxit, atque constituit, quin ei certas leges, certumque ordinem destinasset, quem percurreret, intra quem coereretur, quò ad statutum tem-

pus

pus impletum est. Καὶ διὰ τὸ τοῦ μόνου ἐγρηγορεῖς, ἀλλὰ καὶ ὕπνος ἐυρέθη  
 Plutarch. lib. 2. de educat: Certè quies, & somnus eò concessa mi-  
 nimè sunt, ut, si iis plus, quam par est, indulgetur, in perniciem ce-  
 derent, sed ut, modicè usurpata, cunctis animantibus saluti essent.  
 Hinc apud Macedonas somni tempora arctiora erant, quam no-  
 ctis. Curt. 3. Non ergo illos lusus laudabimus, qui in multum no-  
 ctis protrahuntur, ut adeo nisi luminibus accensis peragi non pos-  
 sint: Qualem morem ipse Cæsar Caligula æmulatus esse dicitur,  
 Suet. c. 18. Hic enim scenicos ludos & assiduè, & varii generis mul-  
 tifarum fecit, quondam etiam nocturnos accensis tota urbe lumi-  
 nibus. Legimus apud Athenienses olim honorem, qui victoribus  
 tribuebatur tenuem & rarum fuisse, ob eamque causam glorio-  
 sum; posteaquam verò idem populus majus imperium erat na-  
 ctus, ac propterea honos effusus esse cœperat; factus est obsoletus:  
 Ita quoque; cum ludis comparatum, ut enim illi, quos liberales, quos  
 decoros prudens moderatio, atque honestas constituit, passim apud  
 quosvis tam doctos, quam indoctos laudem & gratiam ineunt, ita  
 illi, qui crebriores fiunt, ubi temporis, loci, & ordinis ratio non ha-  
 betur, nil nisi contemptum, odium, offensionem, insidias excitant.  
 Ut unius saltem, vel duorum exemplorum speciem animis repræ-  
 sentem. Macrinus imperator histrionibus; saltatoribusque inten-  
 tus, & gubernandi negligens, in tantum odium suorum incidit, ut  
 uno duntaxat anno princeps Macrinus in deliciis absumpto, simul  
 cum vita imperium amitteret ὁ Μακρίνος ὀρχησῶν τε θέαις καὶ πάσης  
 Herod. 5. 3. pag. 226.  
 μίσης κυνήσιός τε ἐυρύθμου ὑποκριταῖς θολάζων· τῆς τε τῶν πραγμάτων  
 διοικήσεως ἀμελεῶς ἔχων. & paulo post ἀπερὲς ὄντες οἱ στραπῶται ὑπάνυ  
 τι ἀπεδέχοντο ἀπιρέσκοντό τε αὐτῶ τῷ βίῳ. Et cap. 3. ἐχρήν δὲ ἄρα Μακρί-  
 νον, ἐν αὐτῷ μόνῳ τῇ βασιλείᾳ ἐντροφῆσαντα, ἀμα τῷ βίῳ καὶ τὴν ἀρχὴν κατα-  
 λῦσαι. Sicut enim superbia & avaritia illorum, à quibus imperita-  
 tur, inimicitias contrahunt, & sæpe populares ad imperantium  
 perniciem sollicitant: Ita sanè non parum adjuvat in animis sub-  
 ditorum abalienandis lusu luxuria. Macedones tantæ sui regis  
 admirationi dediti erant, tanta charitate flagraverant, ut vitam pro  
 ejus salute offerre, capita rebus in ruinam inclinantibus subdere  
 non vererentur, usque eò, quoad intempestivis conviviis dies pari-  
 ter, noctesque absumere, satietatem epularum ludis interpolare  
 cœperat, imitatus morem illum turpem Persarum, apud quos lu-  
 xurio-

D

xurio-

*Curt. 6. 3.**Aristot.  
Eth. 9.*

xuriosius epulari summa laus erat: Tum verò sapius comparata in caput ejus insidia, secessio subditorum, liberior inter mutuas querelas dolor. Curt. 6. 3. Quia paulò ante privatorum mentio facta est lusuū, de iis si adhuc aliquid adjiciatur opera pretium fore judicamus: sed antequam id fiat, quarat aliquis, utrumne imperantibus, atque illis, quorum fidei civium salus, urbium custodia, regiones defendendæ sunt credita, hujusmodi ludicris uti liceat? Hujus animum opinione melius exonerari posse, non crediderim, nisi repetendo, quæ supra dicta. Omnis pro se quisque tenebit in memoria, nullius ludi propriè delectationem, sive corporis sive animi sit, quantumvis etiam honesta, sic esse comparatam, ad cuius cupiditatem aliquis appetitus reclus per se trahatur: Torpor enim & languor viribus & membris per studium rerum seriarum allata stimulant, & instinguunt ad quietem, sed cum non alia quies (Arist. Eth. 9.) accommodatior ac optabilior sit, quam quæ ex ludicrarum rerum moderata voluptate percipitur. hinc fit, ut ludatur. Quapropter etiam non nemini, quos cura atque labor rerum imminetium atque gestarum pressit, fatigavitque, certa quies dabitur, certum genus ludendi concedetur: Quis verò vitæ status tantis curis est expositus, quem mortalium tot sollicitudines de rebus expediendis agitant, quot imperantes, atque magistratum: utpote quorum vigilia omnium somnos, quorum labor omnium otium, quorum industria omnium delicias, quorum occupatio omnium vacationem defendat. Quare verum locutus est iste rex apud Iustinum in hæc verba prorumpens, diadema, & imperium tot malis esse circumdatum, ut, qui scit, ante pedes abjaceretur, si interdum curas, atque labores ludis interpolent, attemperentque. Sed quia proprium munus est magistratus intelligere, se gerere personam civitatis, debereque ejus dignitatem, & decus sustinere, servare leges, jura describere, quæ fidei suæ commissa, meminisse, C. off. i. sana ratio potissimum illos lusus approbabit, qui sunt inter viros, aut eodem, aut pari, aut ad minimura non multum inferiori gradu honoris & fortunæ constitutos: Ludere enim cum subditis, & servis ex ultima sorte vilitatem conciliat, potens in rebus efficiendis autoritas amittitur, veneratio metusque in contemptū vertuntur: Quare, ut pueris non omnis licentia luden-

ludendi datur, sed ea, quæ ab honestis actionibus non sit aliena, sic in ipsis rebus ludicris, quibus tempus fallit imperans aliquid pro-  
 bi ingenii lumen luceat: id autem fieri nequit, nisi & ordinis per-  
 sonarum, loci, temporis aliqua ratio habeatur. Quod non alius  
 magis observavit, quam Alex. Mag. qui puer se talem præbuerat,  
 qualis futurus cognosci volebat: hinc neque quicquam, aut loque-  
 batur, aut agebat humile, sed dictis, factisque par fortunæ suæ vel  
 etiam supra erat. Ergo dicentibus, quoniam cursu plurimum vale-  
 ret, debere profiteri nomen suum inter eos, qui olympicis ludis  
 certaturi essent, cognominis sibi regis exemplo, magnam in ea re  
 per Graciam sibi famam comparaturum: facerem, inquit, si reges  
 haberem adversarios Herod. 5. Plutarch. c. 6. & de fort. Alex. 1. 13. Herod. 5.  
 Aristot. 8. Eth. dicit ὁ δὲν γὰρ νοινόν ἐστ. nihil enim domino cum ser-  
 vo commune. Igitur Archita Tarentino minimè decorum fuisse  
 credimus, quod egregia juris civilis prudentia, rerum variarum sci-  
 entia adornatus ludicra cum servis agere sustinuit, teste Eliano  
 hist. variarum lib. 10. c. 15. Ἀρχύτας ὁ ταραντίνος πολιτικός τε, καὶ φιλόσο-  
 φος ἀνὴρ γενόμενος πολλὰς ἔχων οἰκίας, τοῖς αὐτῶν παιδίοις πάντο σφόδρα  
 ἐτέρπετο, μετὰ τῶν οἰκοτριβῶν παίζων &c. Imprimis autem cavendum,  
 ne illud tempus ludis absumatur, quod rebus majoribus attribu-  
 endum, graves enim & res serias semper ludicris antefendas esse  
 nemo non ignorat. Romanæ eloquentiæ pater off. 1. dicit turpe,  
 ne illud tempus ludis absumatur, quod rebus majoribus attribu-  
 endum, graves enim & res serias semper ludicris antefendas esse  
 nemo non ignorat. Romanæ eloquentiæ pater off. 1. dicit turpe,  
 Cic. off. 1.  
 valdeque vitiosum esse, in re severa convivio dignum, aut delica-  
 tum aliquem inferre sermonem: Quantò turpius erit tum indul-  
 gere ludis, ubi in commune consultare opus est, ubi lites, quibus  
 subditi destinantur, decidenda; jurgia componenda, pœnæ irrogan-  
 da. Quin etiam ille locus è conspectu publico remotus esse debet,  
 quo imperantes ludicra tractare volunt. Quicquid enim non tan-  
 tum decorum violat, sed & insuper spectantium animis pravus cu-  
 piditates, perturbationes, ignaviam instillare potest, & nonnun-  
 quã instillavit, illud extra controversiam est submovendum. Sicut  
 enim popularis fortitudinis & patientiæ exemplum, quod suus  
 princeps repræsentavit non sequi erubescunt. Curt. 5. c. 16. Ita cer-  
 tè credibile est eosdem idem imituros, quod vitiorum irrita-  
 mentum præbere potest. Quapropter non laudi, sed vitio ducen-  
 dum Neroni invitiis excellentissimo, quod præter privata specta-  
 cula, quibus operam inter scenicos dare non dubitavit, nomen  
 quoque

Curt. 5. c. 16.

quoque suum in albo profitentium citharoedorum iusserit inscribi; forticulaque in urnam cum cæteris demissa intraverit ordine suo. Tragedias quoque cantavit personatus, Deorum ac Deorum personis effictis ad similitudinem oris sui, & fœminæ, prout quamque deligeret. Suet. c. 21. Denique etiam rerum administrandarum periti imperantes ludendi modum retinebunt, ne omnia nimis profundantur, elatiq̄ue voluptate in aliquam turpitudinem, rixas, vulnera, eadem prolabantur. Suetonius cap. 30. tradit

Suet. 30. c.

Neronem, quem modo citabamus quadragenis in punctum H. S. alea luisse. Quamvis autem complures, & varii ludi & corpus & animum imperantis laxare possint, nullum tamen principe magis dignum esse censemus, ac venationes, & hastiludia quædam tanquam progymnasmata rerum bellicarum: cum enim cæteri tantum non omnes mollitiei speciem representando imbelles reddant animos: hi omni mollitie soluti firmitati, atque celeritati in-

Venationes, & hastiludia quadam in laude sunt.

serviunt, corpus enim quasi natura torpens in rebus expediendis potentia rudes nudaq̄ue impediunt & morantur: At huiusmodi exercitia torporem dissolvunt, ignaviam excutiant, artus reddunt expeditiores. Refertur de Alex. Mag. quod cum cithara Paridis ei offerretur, quæ magni fiebat apud Grajos, illam recusaverit, dicens Achillis citharam volo, non Paridis i. e. arma potius tractare cupio, quam ludendo tempus conterere. Plutarch. de fort. Alex. Fuerunt, qui, ut venationes penitus damnarentur, maximè nitabantur causam interférentes multum mali inferre, neque saluti subditorum esse: verum cum horum argumentis nimium studium, & abusus materiam suppeditavit, quicquam ipsis objici supervacaneum fore puto. Iul. Poll. in præfatione ad lib. onomast. §. venatum heroicum & regium appellat studium. καὶ πρὸς εὐσωματίαν ἀμα καὶ εὐψυχίαν ἀσπεί καὶ ἐστὶν εἰρηνικῆς τε καὶ καστρίας ἀμα καὶ πολεμικῆς πόλεως μελέτημα, πρὸς ἀνδρείαν φέρων ῥωμαίων τε ἀναί γυμνάσεις, καὶ ποδῶπων, καὶ ἵππων, καὶ ἀγχινοῦ καὶ σιλεργόν. Et ad animi corporisque bonam constitutionem confert, estq̄ue tam placida fortitudinis, quam militaris audacia specimen ad virilitatem utile, & exercitatione reddit robustum, celerem, equestrem, solertem, & laboriosum. Pari studio Romani, Græci & Persæ id operis affectarunt; de Romanis certum, nam venatu ferarum exercemur ad similitudinem bellica: disciplina M. Tull. lib. 2. de nat. Deorum. De Persis non minus

Iul. Poll. in præf. ad lib. onom.

indu-

indubitatum, quum extet apud Iustinum lib. 1. Et apud Xenophontem lib. 1. & 8. *παιδ.* traditur. Hoc à Cyro idè institutum quod ejusmodi exercitationes, ad militarem ardorem proximè accederent, & ad bellicos labores perferendos assuefacerent; plura qui cupit adeat ad Brisson. lib. 1. de regno Persarum. Cor. Nep. 8. n. v. 5. apud Persas summa laus est fortiter venari. Cur autem veteres tanta venandi cupiditate flagaverint, illa ratio non aliena videtur, quam nos docet C. Plin. jon. lib. 9. epist. 20. siquidem magnæ cogitationis erudita inde sunt erudimenta. Iam & exercitiis, quæ separata spectaculis ludicris diversum genus ludendi constituunt certæ leges ferendæ essent, sed cum idem fermè personis privatis, quod imperanti observare convenit, applicari possit, tacebimus. Non certè quivis locus, sed quem ratio non improbat, ludis dicandus, neque dein illud tempus vel sacris rebus, vel seriis consecratum lusibus quis perdet. Quoniam autem privatorum non multum interesse videtur, cum quoniam ludicra tractant, tamen virtus lusus cum ignotis actus increpat, atque carpit: ut enim nemo eum pro prudente agere dicet, qui quemvis, antequam vitam inspexit, mores, fidem exploravit, in familiaritatem adfiscit; ita & eodem modo, illos haud sana mente præditos æstimabit, qui cum quovis ludere sustinent. Tandem lucrum auri argentique libido ne ullum quidem ad ludendum sollicitabit: ut enim quævis ludicra, quæ homines dissoluti, perditæ exhibent pecuniam inde relaturi, recta ratio contemnit & tanquam res improbas damnat: Ita etiam ludi privati nisi odium conciliare debent, quæstu soluti sint necesse est. Essent utique complures ludi species adhuc explicandæ, atque discutendæ, quas cum nostri angustia operis haud capiat; neminem, à quo verbis iniquis perstringamur futurum esse credimus. Esset igitur quod pennam longius progredi non pateremur, utpote cum pluribus dictum, ludos expeti propter jucunditatem juxta Poetâ.

*causa finalis lud.*

Quod caret alternâ requie durabile non est.

Et philosoph. l. 8. polit. c. 3. Qui laborant, relaxatione egent. Arist. *Aristot. 8. 8. polit. c. 3.* Nostrum enim corpus non ex lapidibus Deucalio-  
næis, neque (quod Evander de veteribus Latii incolis apud Maronem narrat) è truncis, & duro robore fabricatum est. Quapropter ipsa rerum parens, & conservatrix natura hæc in re salutis vivorum consulere voluit, vicem diei, vigilarumque instituens, ut genus a-

nimantium, maximâ tamen ex parte illud, quod in bonis expetendis, declinandisque illis, quæ nocitura videntur, ratione adjuvatur, interdiu operi intentum, noctu liberaretur onere, membræque & artus fatigati temperatâ quiete reficerentur, relaxarenturque. Ut igitur corpus determinatis viribus instructum corrumpetur, nisi in locum laboris quies subiret. Ita & eodem modo animæ natura vires ad certum finem restrictas attribuit, & propterea licet ex rudi illa mole, quæ materiam compagibus corporis subministravit, non sit producta, tamen suam quoque lassitudinem persentit. At ut inter utriusque munera, quibus defunguntur, maximum interjicitur discrimen, ita quoque requietes inter se distinguimus, corpus enim maximè quiescit, ubi operibus exoneratur, ubi membra, artusque adstricti labori remittuntur, laxanturque: Anima vero quiete tum demum fruitur, si facultates impensius ob rerum contemplationem concitata mirâ jucunditatis temperie permulcentur: Animæ enim quies est, gaudium & delectatio. Thomas Aquinas? Sed num quid utilius & oblectationi accersendæ aptius est, ludis. Nihil jam dicemus, quod corpus & animam muniis subeandis aptiores & magis promptos reddant, de emolumento quod præstant, paucis aliquid addemus. Et quidæ comœdias & lusus publicos quod attinet, fructus inde derivans distinguitur, seque tam ad ludentes, quam ad spectatores extendit. Quis enim ignorat hominis in lucem editi intellectum spissas tenebras fœdare, ita ut Aristot. 3. de anim. c. 4. text. 25. dicere ausus fuerit rasæ tabulæ similem esse, in qua nihil scriptum dum est, etsi inscribi quidvis possit. Sed ut tanta caligo, quæ quicquid lucis in intelligente potentia adhuc internitet, obscurat, discutiat, cognitione variarum rerum opus est; ad quod publica spectacula multum facere credimus. Altera quoque præstans hominis pars cæca, & vi quadam impellendi induta vitiorum odio, virtutum cupiditate accenditur, harum nobilitate, illorum deformitate representata. Memoria hebes perpolitur, & in diutius retinendo confirmatur: Lingua, quam, antea vitium retardabat, impediēbatque emendatur, & in loquendo redditur expeditior. Denique etiā vitæ cultui mores agrestes, ignavia, atque stupor admittitur, quibus succedunt, gestus excultiores, *πρόσηλα* loquendi. Personæ spectantes iisdem termē bonis ornantur: atrocitas enim pœnarum scelera

1. 2. 9. 25. a.  
2. 2. 2. 9.  
168. a. 2.

Aristot. 3.  
de anim. c.  
4. text. 25.

comitantium ante oculos posita adspicientem deterret à vitiiis, sed gloria, laus, honor, tranquillitas conscientia, pax, virtus, præmia cupiditatem excitant virtutes perfectandi. Quamvis igitur vitiorum turpitudine, virtutis præstantia multis verbis proponi possit, nihil tamen æquè ad vitii horrorem, ad honesti studium commovebit, quam si utrorumq; decor & sordes oculis spectantur. Quod Lacones olim optimè noverant, quapropter dehortantur liberos ab haud tolerabili vini cupiditate, pueris ostendebant servos, qui vino essent temulenti, quo magis abominarentur ebrietatem, videntes, quam deforme spectaculum sit, homo immodico madens vino, quam dementi similis. *Erasm. Roterod. Apophth. lib. 2.* Ludi certe privati quos virtus attemperat, etiam haud utilitate carent, dolor enim & tristitia discutuntur, artus & membra fiunt expeditiora, agilitateque induuntur. Docemur ex vitis philosophorum *Diog. Laert. 3. lib.* Platonem Academicis suis quam sapientissimè inculcasse: animum ne sine corpore, corpus, ne sine animo exercent, ut utriusque partis cura habeatur; alterum cum athletarum, alterum cum sit inertium. Sed num quid ad corporis exercitium aptius sit, ac ludi illi, quorum usus honestus, atque moderatus est. Cum ergo ludi quatenus actiones honestæ cum utilitate sint conjuncti, & cuius appetitui, à natura sit attributum, in nullam rem nisi in bonam ferri, non possumus non dicere ludos ut tales esse licitos, atque expetendos. Quapropter non immeritò illi iniqui censores ex quibus Bodinus unus est carpuntur increpanturq; qui, quia plerumq; in rebus levibus lyncei, in magnis verò lippientes sunt, ludos omninò ex republ. submovendos esse decernunt: sed sanè si omne id evitandum, unde scandalum per accidens capi potest, ex eundem mundo foret.

*Erasm. Roter. Apophth. lib. 2.*

*Diog. Laert. lib. 3.*

*Ovid. lib. 2. trist.*

Igne quid utilius, si quis tamen utere tecta comparat, audacis instruit igne manus.

Certe pari modo nec duces erunt utiles, nec magistratus, nec medicina, nec ipsa æniquè sapientia. Nam & dux Flaminius, & Gracchi Saturnini Glauçia magistratus; & in medicis venena; & in iis qui philosophorum nomine malè utuntur, gravissima non nunquam flagitia depræhensa sunt. Non fabricetur gladius militi, potest uti eodem ferro latro. Hinc Dn. Doct. Dannenhauv. tanta eruditionis vir, debito honore, atque pietate semper honorandus

*Dn. Doct. Dannhaß. Hodom sp. et. Calom.*

*Amel. phant. 4.*

Ames. & Rivet. de ludis qualibuscunque abolendis argumenta ex importuno & improbo iudicio excogitata refellere ac oppugnare non dubitavit, sua Hodom. Spirit. Calvin. phantasm. 4. Quamvis sit interdictum viris mutare vestem in eam formam, quæ fœminæ utuntur, tamen cum scriptura sacra vel de mutatione vestium ad fraudem instituta, vel de corporis cultu, quem improbi, in vita civili mutant, saltem loquatur, nihil obstat, quo minus personis ludentibus pro diversa materia ludorum publicorum mulierem vestem indui liceat. Et hæc sunt illa, quæ raptim penna celerrima de ludis notare voluimus, hanc materiam longius, & laxius extendere tempus, & propositum nostrum haud admittit, licet ex his, quæ dicta sunt, facilè de cæteris iudicium ferre.

Boni ergo consule lector benevole, quicumque es, oculis benignis intuere, judica, sed non malevolo animo, quæ perlegisti, atque nobis æquo iudicio ades: Sin detrahendi aculeis omnimodè instigeris, & nostram operam ceu fuliginosam, inconditamque farraginem illudere cogitas, cave ne tuam ipsius immunditiam, & excrementa exhales, ac dum aliis stigmata imprimere paras, tuam ariditatem, tumoremque ventilando evanescas in cogitationibus tuis: Candidis, & cordatis censoribus, qui undique gratiam inveniunt, salutem, & omnia bona precamur; illos quibus nihil mali quidem optatur, adhortamur, ut resipiscant, ut alios meliore animo æstimare discant, ne tincta lycambæo sanguine tela tandem accipiant. Interim tibi, gloriose Deus, qui omnium rerum dependentium essentiam, in tua potestate tenes, gloria & laus, quantam maximam homo non immortalis potest, sit acta nunc & per omne seculum.

F I N I S.



